Nobile inquam, argumentum est ferocibusque et heroicis
divis, si quis a te unquam impetendus exitiali
Ferrum nefasto qui posuit die
Ego desultorie, ut soleo, tale quid subito effudi, insis-
tens argumento nuper erga τὴν ἀποστάτιδα moto.

Verstaet ghy't, Tesselscha:
Uw aensight is aen stucken:
Ten minsten leert hier na
Aen beelden niet te bucken.

Vale et modiolum Epigrammatum propediem expecta,
quorum nonnullis Heraclitus finem flendi faceret
(nam et aliquot INCERTI sunt) nisi me fallit ille
a quo tantopere se cauisse magister Rhetorum
ait inventionis amor. Exscribendi tantam farragi-
nem hodie otium non erat, accedit enim solitis
negotiis
Et Regina, gravi jamdudum saucia cura:
quae ut veniendo alios redditura est, me nondum
veniendo, tenet occupatissimum. Vale rursum
amicissime. Hagae. 5. Mart: 1642.

Mittit ad Te Cl: Vicquefortius
Cartesij responsum ad Theses Voetij
sub nomine Renij editum. quaeso te
judicium tuum de illa controversia
mon ~~ill~~ atque chartulas illas illustraveris
mihi impertias, candide ἀναγκαστῶς
μετὰ παρρησίας, et quasi nullus unquam
Aristoteles extitisset.

(32/)

Nobilissimos doctissimosque viros Leidae. D:D: Heinsium
Golium, Boxhornium, Amstelodami Vossium atque
Barlaeum, Dordraci Beverovicium Ruri denique
in Arce Einde Geest prope Leidam Renatum Descartes,
ut D: Knopfelium Medicinae doctorem praestantissimum
qui serenissimum Poloniae Regem, cum gravi Arthritide,
tum graviori Epilepsia laborantem absolutissime
curavit; atque ut constans fama est innumeros
alios, iisdem pluribusque morbis afflictos, nova, inau-
ditaque medendi ratione ~~sanavit~~ ad miraculum
sublevavit ac restituit, eodem quoque nomine
Principi nunc meo innotuit, et potiuncula adversus
articularem

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 115rv
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0477

articularem morbum propinandā operam non datur
est, in hisce autem regionibus, paucis septimanis dum
commoraturo, amplectendi tantos viros, quos de famâ ser
tisque abundè novit, summo desiderio flagrat, ut benig
ad colloquium admittant, ac de re Medicâ, Physicâ,
Chymicave candidè, qui ipsius est mos, solidèque
disserentem audiant, rogat

dat: in Castris Bodbergi: VII. Id: Jul: CIƆIƆCXLIII

Omnibus singulisque
ut norunt, addictissimus.
Constantinus Hugenius. (328).

Barlæo.

Attendo, rogo, mi Barlæe, ad ea quæ dicturus sum
candidè, si unquam, et παῤῥησιαστικῶς. Apert
quidem et tu, et nulla circuitione sententiam dixi
de Cartesii Metaphysicâ, et mihi sic abundè satisfact
est, non autem tibi. Non est quod suspiceris ≠ vala
fore, quod inter nos perire voluisti. Non habeo in
delitiis committere ingenia, nisi consentiente utroq
ut ex bonorum silicum attritu scintillæ emicent
illustrandæ veritati. Ergo cætera omnia reticente
quod bonâ fide faciam, hoc velim unicum a te
nuntiare patiaris homini Philosophorum omnium
quos novi, maximè tractabili et πρᾳεῖ. sic nim
rum te sentire, nova loqui eum vult (ita loquer)
loqui trita, vetera principia dum ejurat et nova
parturit, in eadem relabi. iisdem argumentis probar
Deum esse, et animam immortalem, quibus usi sunt
et alii. Ipse verò videris: nisi enim te jubente ve
permittente, nihil eliminabo. neque est hoc illud, q
te ut attenderes, rogavi. Sequitur. Narro tibi, am
et comperies aliquando, nihil illo viro candidius esse
nihil illo candore fallacius. solet enunciare potissim
quæque assertionum suarum argumenta tam plan
simplicibusque verbis, ut multoties lectorem doceret
quæ hic se discere non observaverit. Unde neminem
de Cartesio et Cartesij lectoribus melius meruisse olim
judicavi, quam qui opusculis Physicis, quæ his præ
misit, indicem locupletem ἠχεώσοι. Me quidem
fateor monuisse plurimarum rerum, quæ sub
tam facili et aperto sermone latentes, planè attentio
nem meam fugerant, aut non affecerant. Poss
de tali scriptore dici, laboro clarus esse, obscurus fio
crede